

vit, aut etiam lapsus fuit, distingvimus tamen tempora, quibus alius atque alius fuit. Sanè, cùm A.C. ejusque Apologiam conscripsit, & Articulis Schmalcaldicis subscripsit, citra dubium fuit orthodoxus; *fidelis Lutheri σὺνεργῶ in repurganda Ecclesia: Nam quid operatus sit Dominus per hoc organum non in literis tantum sed in Theologia quoque; satis testantur ejus opera, etiamsi irascatur Satan & omnes squamæ ejus; teste ac præcone ipso Luthero in præfat. Tom. I. Oper. Latin. Successu verò temporis, præsertim post mortem Lutheri, non nihil humani subinde fuit passus; haud aliter ac Tertulianus tandem in Montani errores lapsus fuit. Sed in neutro cogitationes malæ postero-*

rio-